

rant conuulsum. et querunt aliorum uoluntati parere. propter multorum gratiam. libenter laborem sustinemus. ueritatem quidem de singulis auctoribus concedentes. ipsi autem secundum datam formam breuitati studentes. Sicut enim noue domus architecto de uniuersa structura curandum est ei uero qui pingere curat. que apta sunt ad ornatum exquirenda sunt: ita estimandum est uobis. Etenim intellectum colligere et ordinare sermonem et curiosius partes singulas quasque inquirere historie congruit auctori: breuitatem uero dictionis sectari. et executiones rerum uitare. breuitati concedendum est. hinc igitur narrationem incipiemus. de prefatione tantum dixisse sufficiat. Stultum etenim est ante historiam effluere: in ipsa autem historia succingi.

**I**gitur cum sancta ciuitas habitaretur in omni pace. leges etiam adhuc optime custodirentur. propter omnis pontificis pietatem. et animos odio habentes mala: fiebat ut ipsi reges et principes locum summo honore dignum ducerent. et templum maximis muneribus illustrarent. ita ut seleucus rex assie de hereditatibus suis prestaret omnes sumptus ad ministerium artificum pertinentes. Symon autem de tribu beniamin prepositus templi constitutus: contendebat obistente sibi principe sacerdotum. iniquum aliquid in

ciuitate moliri. Sed cum uincere omniam non posset. uenit ad apollonium tharse filium qui illo tempore erat dux cele syrie et fenicis. et nuntiavit ei pecunijs innumeras ab illis plenam esse ciuitatem ierosolimis: et communes copias inmensas esse que non possent ad rationem sacrificiorum esse autem possibile sub potestate regis cadere uniuersa. Cumque retulisset apollonius ad regem de pecunijs que delate erant: ille accitum heliodorum qui erat super negocia eius misit cum mandatis. ut predictam pecuniam transportaret. Statimque heliodorus iter aggressus est: specie quidem quasi per cele syriam et fenicem ciuitates esset peregrinatus. re autem uera regis propositum profecturus. Sed cum uenisset ierosolimam. et benigne a summo sacerdote in ciuitate esset exceptus: narrauit de dato iudicio pecuniarum. et cuius regi gratia adesset aperuit. Interrogabat autem: si uere hec ita essent. Tunc summus sacerdos ostendit deposita esse hec. et uidualia uiduarum ac pupillarum. quedam uero esse uirgam tobie uiri ualde eminentis in his que detulerat impius symon: uniuersa autem argenti talenta quadringenta esse. et auri ducenta. decipi uero eos qui credidissent loco et templo quod per uniuersum mundum honoratur pro sui ueneratione et scientia. impossibile omnino esse.

**E**t ille pro his que habebat in

*f. vi.*

mandatis a rege: dicebat omni ge-  
nere regi ea deferenda. Constitu-  
ta autē die: intrabat de his heli-  
odorius ordinaturus. Non modi-  
ca uero p̄ uniuersam ciuitatē erat  
trepidatio. Sacerdotes autē ante  
altare cum sacerdotibus; stolis ia-  
ctauerunt se: et inuocabant de  
celo eum qui de depositis legē po-  
suit. ut his qui deposuerant ea  
salua custodiret. Iam uero qui ui-  
deret summi sacerdotis uultum:  
mente uulnerabatur. Facies enī  
et color immutatus: declarabat  
internum animi dolorē. Circū-  
fusa enī erat uero mestitia que-  
dam et horror corporis: p̄ quem  
manifestus aspicientibus; dolor cor-  
dis eius efficiebatur. Alij etiam  
congregati de domibus conflu-  
ebant: publica supplicatione  
obsecrantes p̄ eo quod in contēp-  
tum locus esset uenturus. Ac-  
cinctęq; mulieres cilijs pectus.  
p̄ plateas confluiebant. Sed et uir-  
gines que conclusę erant p̄curre-  
bant ad oniam. alię autē admuros:  
quedā uero p̄ fenestras aspiciebant.  
uniuersę autē p̄tendentes manus  
in celum deprecabantur. Erat enī  
misera commixtę multitudinis et  
magni sacerdotis in agone consti-  
tuti expectatio. Et hij quidē inuo-  
cabant omnipotentem dñm: ut  
credita sibi his qui crediderant  
omni integritate cōseruarentur.

**H**eliodorus autē quod decreue-  
rat p̄ficebat. eodem loco ipse cū  
satellitibus; circa erarium presens:  
sed sp̄s omnipotentis magnā fecit

176  
sue ostensionis euidenciā. ita ut oēs  
qui ausi fuerant parere ei. ruen-  
tes dei uirtute. in dissolutionem  
et formidiniē conuerterent. Appa-  
ruit enī illis quidā equus. terri-  
bilem habens sessorē: optimis opi-  
mentis adornatus. Isq; cum impe-  
tu heliodoro priores calces elisit.  
Qui autē ei sedebat: uidebatur  
arma habere aurea. Alij etiam  
apparuerunt duo iuuenes uirtu-  
te decori. optimi glia. speciosiq;  
amictu: qui circumsteterunt eū.  
et ex utraq; parte flagellabant si-  
ne intermissione. multis plagis  
uerberantes. Subito autē heliodo-  
rus concidit in terram: eumq;  
multa caligine circumfusum ra-  
puerunt. atq; in sella gestatoria  
positum eiecerunt. Et ille qui cū  
multis cursoribus; et satellitibus  
predictum ingressus est erariū:  
portabatur nullo sibi auxilium  
ferente. manifesta cognita dei  
uirtute. Et ille quidem per diui-  
nā uirtutē iacebat mutus: hij  
autē deum benedicebant q̄ ma-  
gnificabat locum suum. Et tē-  
plum quod paulo ante timore ac-  
tumultu erat plenum. apparen-  
te omnipotente dño: gaudio et  
lectiā impletum est.

**T**unc uero ex amicis heliodori  
quidam rogabant confestim  
oniam ut inuocaret altissimū:  
et uitā donaret ei qui in supre-  
mo sp̄u erat constitutus. Confide-  
rantes autē summus sacerdos ne  
forte rex suspicaretur maliciā  
aliquā ex iudeis circa heliodorū

*F. viii.*

consummatam: obtulit pro salute iuri hostiam salutarē. Cūq; summus sacerdos exoraret. idem iuuenes eisdem uestibus amicti adstantes: behodoro dixerunt. Omne sacerdoti grās age. Nam propter eum tibi dñs uitam donauit. Tu autē ab eo flagellatus: nuncia omib; magnalia dei et potestatem. Et his dictis: non comparuerunt. Behodorus autē hostia deo oblata et uotis magnis pmissis ei qui uiuere illi concessit. et omne grās agens: recepto exercitu repedabat ad regem. Gestabatur autē omib; ea que sub oculis suis uiderat opa magni dei. Cum autem rex interrogasset behodorum quis est apud adhuc semel ierosolimam mita: ait. Si quē habes hostem aut regni tui infidiatorem mitte illuc. et flagellatum eum recipies. si tamen euaserit: eo quod in loco uere sit dei quedam uirtus. Nam ipse qui habet in celis habitationē. uisitor et adiutor est loci illi: et uementes ad malefaciendum percutit ac perdit. Igitur de behodoro et erarij custodia: ita se res habet. C. .iiii.

F. x. **S**ymon autē predictus pecuniarū et patrie delator male loquebatur de omnia. tanquam ipse behodorū instigasset ad hec. et ipse fuisset incensor malorū: puiforemq; ciuitatis ac defensorē gentis sue. et emulatozem legis dei. audebat infidiatozem regni dicere. Sed cum inimicie

in tantum pcederent. ut etiam p quosdam symonis necessarios homicidia fierent: considerans omnia piculum contentionis et apollonium in sanire. ut pote duccem celesyrie et semicis. ad augendam maliciam symonis ad regē se contulit. non ut ciuium accusator. sed communē utilitatem apud semetipsum uniuerse multitudinis considerans. Videbat enī sine regali puidencia impossibile ēē pacē reb; dari: nec symonem posse cessare ab stulticia sua.

F. x. **S**ed post seleuci uite excessum. cum suscepisset regnum antiochus qui nobilis appellabatur: ambiebat iason frater omne summū sacerdotiū adito rege. pmittens ei argenti talenta trecenta et sexaginta. et ex redditib; alijs talenta octoginta. Sup hec pmittebat et alia centū quinquaginta. si potestati eius concederetur gynnasium et ephedian sibi constituere: et eos qui in ierosolimis erant. antiochenos scribere. Quod cum rex agnisset. et optauisset pncipatum: statim ad gentilem ritum contribules suos trāferre cepit. et amotis his que humanitatis causa iudeis a regib; fuerant constituta. p iohannē patrē eupolemi qui apud romanos de amicitia et societate functus est legatione legitima. ciuium iura destituentis praua instituta sanciebat. Etenī ausus ē sub ipsa arte gynnasium constituere: et optimos quosq; ephed

borum in lupanaribus ponere.  
 Erat autē hoc non initium sed in-  
 crementum quoddam. et pfectus  
 gentilis. et alienigenę conuersa-  
 tionis. ppter impij et non sacer-  
 dotis iasonis nefariū et in audi-  
 tum scelus: ita ut sacerdotes iam  
 non circa altaris officia dediti  
 essent. sed contempto templo et  
 sacrificijs neglectis festinarent  
 participes fieri palestre et prebi-  
 tionis eius iniuste. et in exercitijs  
 dia. Et patrios quidem hono-  
 res nichil habentes. grecas glās  
 optimas arbitrabantur. quarū  
 grā piculosa eos contentio habe-  
 bat. et eorū instituta emulaban-  
 tur. ac p omnia his consimiles eē  
 cupiebant: quos hostes et p em-  
 ptores habuerant. In leges enim  
 diuinas impie agere impune  
 non cedit: sed hec sequens tem-  
 pus declarabit.

*F. xi.*

**E**tum autē quinquennialis a-  
 gon tyro celebraretur et rex pre-  
 sens esset: misit iason facinoro-  
 sus ab ierosolimis viros peccato-  
 res portantes argenti didragma  
 trecentas in sacrificium herculis.  
 quas postulauerunt hij qui ap-  
 portauerant ne in sacrificium  
 erogarentur. quia non oportet  
 ret. sed in alios sumptus eas de-  
 putari. Sed hec oblata sunt qui-  
 dem ab eo qui miserat in sacrifi-  
 cium herculis: ppter presentes  
 autē date sunt in fabricā nau-  
 um triremium. Misso autē in  
 egyptum apollonio nesthei filio  
 ppter primatus ptolomei philo-

mitoris regis: cum cognouisset an-  
 ochus alienum se a negotijs regni  
 effectum. ppris utilitatib; consu-  
 lens. pfectus inde uenit ioppen.  
 et inde ierosolimam. Et magni-  
 fice ab iasone et ciuitate suscep-  
 tus. cum facularum luminibus  
 et laudib; ingressus est: et inde  
 in semcem exercitum conuertit.

**E**t

*F. xii.*

post triennij tempus  
 misit iason menelaum supradi-  
 cti symonis frēm portantē peccu-  
 mas regi: et de negotijs necessarijs  
 responsa platurum. At ille com-  
 mendatus regi. cum magnificas-  
 set faciem potestatis eius: in semet-  
 ipsum reuertit summū sacerdotiū.  
 supponens iasoni talenta argenti  
 trecenta. Acceptisq; a rege manda-  
 tis uenit nichil quidem dignum  
 habens sacerdotio: animos uero  
 crudelis tyranni. et fere belue  
 nam gerens. Et iason quidem  
 qui prium frēm captiuauerat.  
 ipse deceptus pfugus in amma-  
 nitem expulsus est regionē: me-  
 nelaus autē principatū quidē  
 optinuit. de pecunijs uero regi  
 pmissis nichil agebat. cum ex-  
 actionē faceret sostratus qui ar-  
 ce erat prepositus. Nam ad hūc  
 exactio uectigalium ptebat.  
 Quā ob causam: utriq; ad regē  
 uocati sunt. Menelaus motus  
 est sacerdotio succedente bysima-  
 cho frē suo: sostratus autē pre-  
 latus est cyprijs.

**E**t

*F. xiii.*

cum hec agerentur. con-  
 git tharsenses et mallotas sedi-  
 tionē mouere: eo qđ antiochi

concupine regis dono essent da-  
 ti. Festinanter itaq; rex uenit se-  
 dare illos: relicto suffecto uno  
 ex comitib; suis andronico. Ra-  
 tus autē menelaus accepisse se  
 tempus oportunum: aurea que-  
 dam uasa templo furatus dona-  
 uit andronico. et alia uendide-  
 rat tyro: et p uicinas ciuitates.  
 Quod cum certissime cognouis-  
 set omnia arguebat eum: ipse in  
 loco tuto se continens antiochie  
 secus dasinen. Vnde menelaus ac-  
 cedens ad andronicum: rogabat ut  
 omnia interficeret. Qui cum ue-  
 nisset ad omnia. et datus dextris  
 cum iureiurando quāuis esset  
 ei suspectus. suasisset a silo pce-  
 dere: statim eum perit. non ue-  
 ritus iusticiam. Ob quā causam  
 non solum iudei. sed et alię quoq;  
 nationes indignabantur: et mo-  
 leste ferebant de nece tanti ui-  
 ri iniusta.

**S**ed regressum regem de cili-  
 ciis adierunt iudei apud anti-  
 ochiam simul et greci: conqui-  
 rentes de iniqua nece omne. Con-  
 tristatus itaq; animo antiochus  
 et flexus ad misericordiam. lacrimas  
 fudit: recordatus defuncti sobri-  
 etatē. et modestiam. Accensusq;  
 animis. andronicū purpura  
 exutum circūduci p totam ci-  
 uitatē iubet. et eodem loco q  
 in omnia impietatē commiserat.  
 sacrilegū uita priuari: dño illi  
 dignā penam tribuente.

**M**ultis autē sacrilegijs in tem-  
 plo a lsimacho commissis me-

nelai consilio. et deuulgata fama:  
 congregata est multitudo aduer-  
 sus lsimachum. multo iam auro  
 exportato. Turbis autē insurgē-  
 tibus et animis ira repletis: lsi-  
 machus armatis fere trib; milib; im-  
 quis manib; ut cepit. duce quo-  
 dam tyranno etate pariter et  
 dementia puecto. Sed ut intel-  
 lexerunt conatum lsimachi:  
 alij lapides. alij fustes ualidos ar-  
 ripes. quidam uero cinerē in lsi-  
 machum iacere. Et multi qui-  
 dem uulnerati. quidā autē pro-  
 strati. omēs uero in fugam conuer-  
 si sunt: ipsum etiam sacrilegū  
 secus erarium interfecerunt.  
 De his ergo cepit iudicium aduer-  
 sus menelaum agitari. Et cum  
 uenisset rex tyrum: ad ipsum  
 negocium deculerunt missi ui-  
 ri tres a seniorib;. Et cum supa-  
 retur menelaus: pmissit ptolo-  
 meo multas pecunias dare. ad  
 suadendum regi. Itaq; ptolome-  
 us in quodam atrio positū q̄si  
 refrigerandi grā regem adiit:  
 et a sententia deduxit. Et me-  
 nelaum quidem uniuersē ma-  
 litię rerum criminib; absoluit:  
 miseros autē qui etiam si apud  
 scytas causas dixissent innocē-  
 tes iudicarentur. morte damp-  
 nauit. Cito ergo iniustam pe-  
 nam dederunt: qui pro ciuita-  
 te et poplo et sacris uasis causā  
 psecuti sunt. Quamobrem ty-  
 rij quoq; indignati: erga sepul-  
 turam eorum liberalissimi exi-  
 terunt. Menelaus autē ppter

eorum qui in potentia erant aua-  
ritiam. pmanebat in potestate:  
crescens in malitiam et ad insidi-  
as ciuuium.

**E**odem tempore antiochus se-  
cundam pfectione parauit in  
egyptum. Contigit autē p uni-  
uersam ierosolimoꝝ ciuitatem  
uideri dieb; quadraginta p aera  
equites discurrentes auratas sto-  
las habentes et hastas. quasi coho-  
tes armatas: et cursus equorum  
p ordines digestos. et congressio-  
nes fieri cominus. et scutorū mo-  
tus et galeatorū multitudinem  
gladijs districtis. et telorū iactus.  
et aureorū armorū splendore. om-  
nisq; generis loricarum. Qua pp-  
ter omnes rogabant in bonū mō-  
stra conuerſi. Sed cum falsus ru-  
mor exisset. tanquam uita excē-  
set antiochus: assumptis iason  
non minus mille uiris. repente  
aggressus est ciuitatē. Et ciuib;  
ad murū conuolantibus. ad ul-  
timū apprehensa ciuitate. mene-  
laus fugit in artem: iason uero  
non parcebat in cede ciuib; suis.  
nec cogitabat pſperitatē aduer-  
sus cognatos. malum esse maxi-  
mum arbitrans hostium et non  
ciuuium se trophea capturum.  
Et principatum quidem non  
optinuit: finem uero insidiarū  
suarū confusione cepit. Et pro-  
fugus iterū abiit in ammonitē:  
ad ultimū exitum sui. conclu-  
sus ab areta arabum tyranno.  
fugiens de ciuitate in ciuitatē.  
omnibus odiosus ut refuga le-

gum. et execrabilis ut patrie et  
ciuuium hostis. in egyptum extru-  
sus est. Et qui multos de patria  
expulerat. pegerere pſt: lacedemo-  
nas pfectus. quasi p cognatione ibi  
refugium habiturus. Et qui in  
sepultos abiecerat multos: ipse et  
illamentatus et in sepultus abiit.  
sepultura neq; pegrina usus. neq;  
patrio sepulchro participans.

**H**is ita gestis: suspicatus est rex  
societatem deserturos iudeos. Et  
ob hoc pfectus ex egypto efferatus  
animis. ciuitatē quidem armis ce-  
pit: iussit autē militib; interfice-  
re nec parcere occurrentib;: et p  
domos ascendentes trucidare. Fie-  
bat ergo cedes iuuenum ac senorū.  
mulierum et natorū exterminia:  
uirginūq; et paruulorū neces.  
Erant autē toto triduo octogin-  
ta milia interfecti: quadraginta milia  
iuncti. Sed nec ista sufficiunt. Au-  
sus est intrare templum uniuersę  
terre sanctius. menelao ducto-  
re qui legum et patrie fuit pdi-  
tor. Et scelestis manib; sumens  
scā uasa que ab alijs regib; et ci-  
uitatib; erant posita ad ornatū  
loci et gliam: conrectabat indi-  
gne et contaminabat. Ita alie-  
natus mente antiochus. non con-  
siderabat quod ppter peccata ha-  
bitantium ciuitatem. modicum  
dñs fuerat iratus. ppter qđ et ac-  
cidit circa locum despectio. Abi-  
oquin nisi contigisset eos mul-  
tis peccatis esse inuolutos: sicut  
beliodorus qui missus est a seleu-  
co rege expoliandum etarium

etiam hic statim adueniens. flagellatus et repulsus utiq; fuisse ab audacia. Verum in ipso loco gentem esse pro gentem. locum dominus elegit. Ideoq; et ipse locus particeps factus est populi malorum: postea autem fiet socius et bonorum. Et quod derelictus est ira dei omnipotentis: iterum in magni domini reconciliatione cum summa gloria exaltabitur.

**S**icut antiochus mille octingentis ablatis de templo talentis. uelociter antiochiam regressus est: existimans se pro superbia terram ad nauigandum. pelagus uero ad iter agendum deducturum. propter mentis elationem. Reliquit autem et prepositos ad affligendam gentem: ierosolimis autem philippum genere frige. moribus crudeliorum eo ipso a quo constructus est in garizi autem andronicum et menelaum. qui grauius quam ceteri imminabant ciuibus. Cumq; appositus esset contra iudeos: misit odiosum principem apollonium cum exercitu. uiginti et duobus milibus precipiens ei omnes perfectae aetatis interficere. mulieres ac iuuenes uendere. Qui cum uenisset ierosolimam. pacem simulans quaeuit usque ad sanctum diem sabbati. et tunc feriatis iudeis arma capere suis precepit: omnesq; qui ad spectaculum processerant trucidauit. et ciuitatem cum armatis discurrans. ingentem multitudinem peremit.

**V**das autem machabeus qui decimus fuerat secesserat in desertum locum. ibiq; inter feras uitam in montibus cum suis agebat: et feni cibo uescentes. demorabantur: ne particeps essent conuinationis.

**S**ed non post multum temporis. misit rex senem quendam antiochenum qui compelleret iudeos ut se transferrent a patris et dei legibus: contaminaret iouis olimpicum. et in garizim prout erant hi qui locum inhabitabant. iouis hospitalis. Pessima autem et uniuersis grauis malorum erat incursum. Nam templum luxuria et comestationibus erat plenum: et scortantium cum meretricibus. Sacrasq; edibus mulieres se ultero ingeriebant: immiserentes ea quae non licebat. Altare etiam plenum erat illicitis: quae legibus prohibebantur. Neque autem sabbata custodiebant. neque dies sollempnes patrii seruabantur: nec simpliciter se quisquam iudeum esse confitebatur. Ducebantur autem cum amara necessitate in die natalis regis ad sacrificia: et cum liberi facta celebrarentur. cogebantur hebraei coronati libero circumire. Decretum autem exiit in proximas gentium ciuitates. suggerentibus ptolomeis. ut pari modo et ipsi apud se iudeos agerent ut sacrificarent: eos autem qui nolent transire ad instituta gentium. interficerent. Erat ergo uidere miseriam. Duae enim mulieres delatae sunt natos su-

of circumcidisse. Quasi infantibus;  
ad ubera suspensis. cum publice  
per ciuitatem circumduxissent: per  
muros precipitauerunt. Alii ue-  
ro ad proximas coeuntes speluncas.  
et latenter sabbati diem celebra-  
tes. cum indicati essent philippo.  
flammis succensi sunt: eo quod  
uererantur propter religionem et ob-  
seruantiam. manu sibi met auxi-  
lium ferre. Obsecro autem eos qui  
hunc librum lecturi sunt. ne ab-  
horrescant propter aduersus casus:  
sed reputent ea que acciderunt  
non ad interitum sed ad correptionem  
generis esse nostri. Et enim multo  
tempore non finire peccatoribus;  
ex sententia agere. sed statim ul-  
tiones adhibere: magni benefi-  
cij est iudicium. Non enim sicut  
in alijs nationibus; dominus patienter  
expectat: ut eas cum iudicij die  
uenerit. in plenitudine pec-  
catorum puniat: ita et in nobis  
statuit ut peccatis nostris in finem  
deuolutis. ita demum in nos iudicet.  
Propter quod nunquam  
quidem a nobis misericordiam suam  
amouet. Corripient uero in ad-  
uersis populum suum non derelin-  
quit. sed hec nobis ad commo-  
nitionem legentium dicta sint  
paucis: iam autem ueniendum  
est ad narrationem.

**S**itur eleazarus unus de prio-  
ribus scribarum. uir etate pro-  
uectus et uultu decorus: ap-  
tore hians compellebatur carnem  
portinam manducare. At ille  
gloriam mortem magis quam odi-

179  
bilem uitam amplectens: uolunta-  
rie preibat ad supplicium. Intu-  
ens autem quemadmodum oportet  
accidere: patienter sustinens de-  
stinavit non admittere illicita  
propter uite amorem. hijs autem qui  
adstabant iniqua miseratione  
commotus propter antiquam uiri ami-  
ciam. tollentes eum secreto roga-  
bant afferri carnes quibus uesci  
ei licebat. et simularetur mandu-  
casse sicut rex impauerat de sa-  
crificij carnibus: ut hoc facto a  
morte liberaretur. et propter uete-  
rem amicitiam hanc in eo face-  
rent humanitatem. At ille cogita-  
re cepit etatis ac senectutis sue e-  
minentiam dignam et in genui-  
tatem nobilis canicie. atque a pu-  
ero optime conuersationis: et  
secundum sancte et a deo condite legis con-  
stituta respondit cito. dicens pre-  
miti se uel in infernum. Non enim  
etatem meam dignum est inquit  
fingere: ut multi adolescentium  
arbitrantes eleazarum nonagin-  
ta annorum. transisse ad uitam  
alienigenarum. et ipsi propter  
meam simulationem et propter mo-  
dicum corruptibilis uite tem-  
pus decipiantur. et per hoc ma-  
culam atque execrationem mee  
senectuti conquiram. Nam et  
si in presenti tempore supplicij  
hominum eripiar: sed manum  
omnipotentis neque uiuent neque  
defunctus effugiam. Quam ob-  
rem fortiter uita excedendo se-  
nectute quidem dignus appa-  
rebo: adolescentibus autem exem-



plum forte relinquam. si prompto animo ac fortiter p̄ grauissimis et scissimis legib; honesta morte p̄fungar. His dictis: confestim ad supplicium traheretur. Hij autē qui eum ducebant et paulo ante fuerant mitiores. in iram uersi sunt p̄pter sermones ab eo dictos: quos illi p̄ arrogantiā platos arbitrabantur. Sed cum plagis p̄meretur: ingemuit et dixit. Dñe qui habes scām scientiam. manifeste scis tu quia cum a morte possem liberari. duos corporis sustineo dolores: secundum animam uero. p̄pter timorē tuum libenter hęc patior. Et iste quidem hoc modo uita decessit: non solum iuuenibus. sed et uniuerse genti memoria mortis sue ad exemplū uirtutis et fortitudinis derelinquens. Contigit autē et septē fr̄s cum matre apprehensos cōpelli a rege contra fas ad carnes porcinas: flagris et taureis cruciatos. Unus autē ex illis qui erat primus: sic ait. Quid queris. et quid uis discere a nobis? Parati sumus mori. magis quā patrias dei leges preuaricari. Iratus itaq; rex: iussit sartagine et ollas eneas succendi. Quibus statim succensis. iussit ei qui prior fuerat locutus amputari linguam. et cute capitis abstracta. summas quoq; manus ei et pedes precidi: ceteris eius fr̄ib; et matre insipientib;. Et cum iam p̄ omnia inutilis

factus esset: iussit ignem admoueri. et adhuc spirantē torreri in sartagine. In qua cum diu cruciaretur: ceteri una cum matre inuicem se hortabantur mori fortiter. dicentes: dñs d̄s aspici et ueritatē et consolabitur in nobis. quēadmodum p̄ testatione cantici declarauit moyses. et in seruis suis consolabitur. Mortuo itaq; primo illo hoc modo: sequentē deducebant ad illudendū. Et cute capitis eius cū capillis detracta: interrogabant si manducaret priusquam toto corpore p̄ membra singula puniretur. At ille respondens: patria uocē dixit. Non faciam. Propter qđ et iste sequenti loco primi tormenta suscepit: et in ultimo spū constitutus ait. Tū quidem scelestissime in presenti uita nos p̄dis: sed rex mundi defunctos nos p̄ suis legib; in eterne uite resurrectione suscitabit. Post hunc tertius illuditur. Et linguā postulatū cito protulit. et manus constanter extendit. et cum fiducia ait. E celo ista possideo. sed p̄pter dei leges nunc hęc ipsa despicio. qm̄ ab ipso. me ea recepturum sp̄o: ita ut rex et qui cū ipso erant mirarentur adolescentis animū. quod tanq̄m nichilum duceret cruciatū. Et hoc ita defuncto: quartum similiter uexabant torquentes. Et cum iam esset ad mortē: sic ait. Potius est ab hominibus mori datos spem expectare a dō

*F.*  
*vi;*

*ii.*

*iii.*

*iiii.*

iterum ab ipso resuscitandos. Tibi enim resurrectio ad uitam non erit. Et cum admouissent quintum: uexabat eum. At ille respiciens in eum: dixit. Potestatem inter homines habens cum sis corruptibilis: facis quod uis. Noli autem putare genus nostrum a deo esse derelictum. Patienter sustine: et uidebis magna potestas ipsius qualiter te et semen tuum torquet. Post hunc ducebant et sextum. Et is mori incipiens: sic ait. Noli frustra errare. Nos enim propter nosmetipsos hec patimur peccantes in dominum nostrum. et digna admiratione facta sunt in nobis: tu autem ne existimes tibi impune futurum quod contra dominum pugnare temptaueris. Supra modum autem mater mirabilis et bonorum memoria digna. que per unum septem filios sub unius diei tempore conspiciens. bono animo ferebat propter spem quam in dominum habebat: singulos eorum hortabatur patria uoce fortiter. repleta sapientia. Et femine cogitationi masculinum animum inserens. dixit ad eos. Nescio qualiter in utero meo apparuistis. Neque enim ego spiritum et animam donavi uobis et uitam: et singulorum membra non ego ipsa compegi. Sed enim mundi creator qui formauit hominis naturam. quique hominum inuenit originem. et spiritum uobis iterum cum misericordia reddet et uitam: sicut nunc uosmet ipsos despiciatis propter legem eius. Antiochus autem contempnise arbitratus. simul et exprimit uoce despecta: cum adhuc adolescentior superesset. non solum uerbis

hortabatur. sed et iuramento affirmabat diuites se et beatum futurum. et si a patris legibus se transferret amicum habiturum. et res necessarias prebiturum. Sed ad hec cum adolescens nequaquam inclinaretur: uocauit rex matrem. et suadebat ut adolescenti fieret in salutem. Cum autem multis eam uerbis esset hortatus: promisit suam se filio suo. Itaque inclinata ad illum irridens crudelem tyrannum: ait patria uoce. Fili mi miserere mei que te in utero decem menses portauit: et lac triennium dedi et alui. et in etate istam produxi. Peto a te ut aspicias in celum et terram et ad omnia que in eis sunt: et intelligas quia ex nichilo fecit illa deus. et hominum genus. Ita fit: ut non timeas carnificem istum. Sed dignis fratribus tuis effectus. suscipe mortem: ut in illa miseratione cum fratribus tuis te recipiam. Cum hec illa adhuc diceret: ait adolescens. Que sustineas: Non obedio precepto regis: sed precepto legis que data est nobis per moysen. Tu uero qui inuentor omnis malicie factus es in hebreos: non effugies manum domini. Nos enim pro peccatis nostris hec patimur. Et si nobis propter increpationem et correptionem dominus noster modicum iratus est: sed iterum reconciliabitur seruis suis. Tu autem o scelestus et omnium hominum flagitiosissime. noli frustra extolli uanis spebus: in seruos eius inflammatus. Non dum enim omnipotens dei et omnia

insipientis iudicium effugisti.  
Nam fr̄s mei modico nunc do-  
lore sustentato. sub testamento  
eterne uite effecti sunt: tu ue-  
ro iudicio dei iustas supbie pe-  
nas solues. Ego autē sicut fra-  
tres mei animam et corpus me-  
um trado pro patrijs legib; . in-  
uocans dñm maturius genti nr̄e  
ppitium fieri: teq; cum tormen-  
tis et uerberib; confiteri quod  
ipse est d̄s solus. In me uero et  
in fr̄ib; meis desinet om̄ipoten-  
tis ira: que sup omne genus no-  
strum iuste supducta est. Tunc  
rex accensus ira. in hunc super  
om̄s crudelius deseuijt: indig-  
ne ferens derisum se. Et hic ita-  
q; mundus obiit: p̄ om̄ia in dño  
confidens. Nouissime autē et  
mater consumpta est. Igitur de  
sacrificijs et de nimis crudeli-  
tatibus: satis dictū est. *Viii.*

*J. viii.*  
**I**udas uero machabeus et qui  
cum illo erant introibant la-  
tenter in castella: et conuocan-  
tes cognatos et eos qui p̄manse-  
rant in iudaismo assumentes.  
eduxerunt ad se sex milia ui-  
ros. Et inuocabant dñm ut  
respiceret in popl̄m qui ab om-  
nib; calcabatur. miseretur  
templo qđ contaminabat̄ ab  
impijs misereret̄ etiam exter-  
minio ciuitatis. que esset ilico  
complananda. et uocē sangui-  
nis ad se clamantis audiret:  
memoretur quoq; iniquissimas  
mortes innocentium paruulo-  
rum. et blasphemias nomini

suo illatas: et indignaretur sup  
his. At machabeus congregata  
multitudine: intolerabilis genti-  
bus efficiebat̄. Ira em̄ dñi in mise-  
ricordiam conuersa est. Et sup-  
ueniens castellis et ciuitatib; imp-  
uisus. succendebat eas: et oportu-  
na loca occupans. non paucas ho-  
stium strages dabat. Maxime au-  
tem noctib; ad huiuscemodi ex-  
cursus ferebatur: et fama uirtu-  
tis eius ubiq; diffundebatur. Vi-  
dens autē philippus paulatim  
uirum ad p̄fectum uenire. ac  
frequentius res ei p̄spe cedere: ad  
ptolomeū ducē cele syrie et se-  
mias scripsit. ut auxilium fer-  
ret regis negocijs. At ille uelo-  
citer misit nicanorem patrochi  
de primoribus amicū: datus ei  
p̄ mixtis gentib; armatis n̄ min-  
uiginti milibus. ut unuersum  
iudeorū genus deleret. adiuncto  
ei gorgia uiro militari. Consti-  
tuit autē nicanor regi: ut tri-  
butū romanis quod erat dan-  
dum. duo milia talenta de cap-  
tuitate iudeorū suppleret. Sta-  
timq; ad maritimas ciuitates  
misit: conuocans ad coemptio-  
nem iudaicorū mancipiorum.  
p̄mittens se nonaginta manci-  
pia talento distracturū. non  
respicens ad uindictam que  
eum ab om̄ipotente esset conse-  
cutura. Iudas autē ubi compit:  
indicauit his qui secum erant  
iudeis nicanoris aduentū. Ex  
quib; quidam formidantes et  
non credentes dei iusticie in fu-

gam uertebantur: alij uero si qui de his sup erant ueniebant. simul q; dñm deprecabantur ut eriperet eos ab impio mcanore. qui eos prius quam in cominus ueniret uendiderat. et si non ppter eos. uel ppter testamentum qd erat ad patres eorū. et ppter inuocationē scī et magnifici nominis eius sup ipsos.

